

## Thematata sermonū dominicaliū

Tabula pro sermonibus de  
tpe et de sanctis ex hoc libro  
colligēdis p̄tori<sup>o</sup> ant̄ circulū

### Dominica prima aduentus dñi

**E**cce rex tuus venit tibi  
mansuetus. **Matth. xxi**  
Iam p̄ p̄nti tēpore cele/  
bratur aduentus christi  
p̄nt venit in yterū virgi/  
nis marie. et fact<sup>o</sup> est hō  
Circa quē aduētū h̄ trita  
Primo quē incarnatio xp̄i fa  
cta sit. et qualiter tota trinitas istā incar/  
nationē opata sit. hoc q̄re. 22. **H.** Se/  
cūdo qualiter incarnatio ch̄i specialit̄ spi  
ritu sancto attribuit̄. Et quō solus fili<sup>o</sup>  
incarnatus sit. hoc quere. xxij. **J.** Ter/  
cio quare christus natus sit de virgine.  
hoc habet. 22. **K.**

De eadē dñica.

**H**ora est iam nos de somno surgere.  
**Rōm. xij** Ubi sciendū q̄ per somnum  
pcc̄z itelligit̄ d̄ q̄ surgē debem<sup>o</sup> si nos ad  
aduētū xp̄i volum<sup>o</sup> p̄pare. Uñ h̄ dōm  
est que damna ip̄z pcc̄m mortale infert.  
habet. 12. **F.**

Dñica sc̄da aduent<sup>o</sup> dñi.

**T**unc videbūt filium hoīs veniētem  
in nube. **Lu. xxi.** Iste aduentus fiet in  
iudicio: cū dñs ad iudicā dñi venerit. vñ  
hic trita sunt dicēda. Primo vbi et in q̄ lo  
cō fiet extremū iudiciū. habetur. 22. **D.**  
Sec̄do quō citabunt̄ om̄es per tubam  
et qualiter in celo et in mūdo et in inferno  
hec vox audiet̄. habetur. 22. **P.** Tertio  
q̄ iudiciū extremū timorem nobis in cu/  
tere debet propter rationem d̄strictam  
quam sumus reddituri de cogitationi/  
bus. locutionibz et operibz nostris. habe  
tur. 22. **Q.** Itē de sp̄alibz rebz quō sc̄z su

mus lucrati. et qualiter expēdim<sup>o</sup>. habe  
tur. 17. **S.** Itē gulosi de oibz in crapu  
la sup̄flue et sumptis. 17. **T.** Itē de tpe  
quō expēdim<sup>o</sup> illō. 16. **A.** Exēplū ibidē.

Dñica t̄cia aduent<sup>o</sup> dñi.

**E**cce q̄ mollibz vestiunt̄ in domibz re  
gū sunt. **Matth. xi.** Sup̄ q̄ thēmate fa  
sūt dicēda. Primo q̄ vestes culpabiles  
sunt. et hoc p̄t̄ quattuor. Primo p̄ter  
p̄ciositatē. sc̄do p̄t̄ mollicitē. Tertio p̄  
ter extraneitatē. quarto p̄t̄ sup̄fluitatē  
habet. 13. **E.** Exēplū ibidē. Secūdo  
q̄ sup̄fluitas vestiū in tribz attendit̄. xij.  
**F.** Exēplū ibidē. Tertio quō in vesti  
bus hoīs tripliciter peccant mortaliter.  
xij. **A.** Exēplū ibidem.

Dñica quarta aduent<sup>o</sup>

**Q**uid dicis d̄ tēpore. **E**go vox clamā  
tis in desertum. **Joannis. i.** Hic dicen  
dum est: q̄ non debemus testimoniū  
ferre de nobis ip̄s nos inaniter factā do  
et cōmendando. **Ap̄l̄s.** Non em̄ qui se/  
ip̄m commendat ille p̄bar<sup>o</sup> est. 2c. Uñ  
hic quattuor sunt dicēda. Primū q̄ ia  
ctantia de testanda est propt̄ tria. habe  
tur. 13. **D.** Sec̄do q̄ non debemus testi  
moniū de proximo ferre sc̄lz mala com  
mendādo. q̄ hoc est vñū de peccat̄ alie  
nis. habetur. xi. **E.** Tertio q̄ falsus te  
stis testificās in damnū pximi tria ma  
gna mala cōmittit. habet. 8. **A.** Quar  
to quō testes iniqui puniant̄ a dō. et quō  
q̄ in p̄nti. h̄: 8. **A.** et exēplū ibidem.

In natiuitate ch̄i.

**A**nnūcio vobis gaudium magnū  
quia natus est. 2c. **Lu. ij.** Hic trita dicē  
da sunt. Primo q̄ christ<sup>o</sup> triplici ratio  
ne nasci voluit de virgine: et nō de mulie  
re. habet. 22. **K.** Sc̄dm q̄ marie fili<sup>o</sup>  
magister noster est: septem nos docens  
bona. 22. **F.** Tertium est sc̄lz q̄ ip̄e de  
bet esse domin<sup>o</sup> noster. et libent<sup>o</sup> debem<sup>o</sup>  
eum p̄ dñō habere propter ei<sup>o</sup> q̄nqz cō  
ditōes. habet. 22. **G.**

Itē in natiuitate ch̄i.

**A**nnūcio vob gaudium magnū. 2c.

## Thematata sermonū

Hoc gaudium quod hodie omnes fideles in gratia existentes de natiuitate christi percipiunt valde magnū est. **U**n angelus dixit annūcio vobis gaudium magnū. Sed hoc gaudium lufiores nō percipiunt: quia ista nocte sacra vel alio tempore luserāt. **U**n hietria sūt dicenda. **P**rimū quod magnū peccatum sit ludus taxillorum quod in duobus peccati potest. **P**rimo in detestatio taxilli habet. 7. ii. **S**ecundo ostendit in hoc quod in ludo quando quod committunt. i. 8. peccata mortalia. ut habet. 7. kk. **S**ecundo quod lufiores restituere tenent ea quod ludendo lucrātur hē. 7. nn. et exemplū ibidē. **T**ercio quod ludus licitus ad hē quatuor requirunt. 8. oo

**D**ōnica infra oct. natiuitatis dñi.

**P**uer autē confortabatur et crescebat. **L**u. ij. ex quo mentio hē fit de puero ihu nob nouit nato. **E**x sequenti de pueris hie duo dicēda sunt. **P**rimo quod filij tenent sex suis parentibus. 4. A. et exemplū ibidē. **S**ecundo quod filij quod pentes suos perturbāt quod duplici pena a deo puniūt. 4. B. **E**t exemplū ibidē

**I**n epiphania dñi.

**P**rocedētes adorauerūt eū. **M**at. ij. **H**ietria dicēda sunt. **P**rimo quod deus et imagines et crux christi et reliquie scōrum sūt adorāde. i. X. **S**ecundo quod calix i eleuatōe missae sit adorandus. i. S. **T**ercio quomodo sacramentum deuote sumendum est. et summe honorandum. 4. X. **E**xemplū ibidē

**D**ōnica infra oct. ep hie

**A**scendētibz parētibz ei⁹ hierlm remā sit puer iesus. **L**u. ij. **E**x quod hie mentio fit de parētibz: tūc hie dicēdū ē quomodo parentes tenent sex filiis suis. **P**rimo tenentur eos informare de his quod spectant ad deū. 4. C. **S**ecundo quod se debēt habere ad primū. **T**ercio quod se dñt habere ad seipos. **Q**uarto parentes tenent p̄bere bonū exemplū filiis suis: hec oīa quod. 4. D. **Q**uinto tenent eos d̄ excessibus corrigere. 4. E. **S**exto debent eis relinquere res iustas. 4. S. **I**te quod gūi

ter pentes peccāt quod res iniustas filiis suis relinquūt. hoc quere. 5. A. et exemplū ibidē. **I**te habes hoc idē. 7. pp. **E**t exemplū ibidē.

**D**ōnica p̄ma post oct. ep hie dñi. **C**onuptie facte sūt i chana galilee. **J**oh. ij. **H**ic dicēda sūt tria. **P**rimū quod deus multiplicat m̄rimonū honorauit. 29. A. **S**ecundū quod matrimonū cōtrahere volentes debet tria habere. 29. A. **T**ercium quod septem sunt cause quare aliquis in matrimonio non bene succedit. 29. C.

**E**t de eadem

**C**onuptie facte sunt. **S**ciendū quod stat⁹ matrimonij hz regulaz vnā quod habet septē capitla. quā reglam vnusquisque in matrimonio p̄stitit⁹ cū diligentia summa obseruare debet si vult saluari p̄ statuz matrimonij. 29. B.

**D**ōnica sc̄da.

**G**rade ostēde te sacerdoti. **M**at. 8. **H**ic dōm est quod in hoc quod christus leprosum mundatū ad sacerdotē misit. in hoc dat nob exemplū honorādi sacerdotes. **U**n hie dicēda sūt quattuor. **P**rimo quod sacerdotes honorāde trip̄l. hoc quod. 4. ante literam J: et postea. i. X. **S**ecundū quod sacerdotes habēt nouē p̄uilegia p̄ cūctis hoībus mūdi xxvij. **T**ercio sacerdotibus detrahētes quod grauitē deū in hoc offendūt. 4. G. **Q**uarto quod piculose stāt mali sacerdotes. scz cōcubinarij. et sūt cōcubine eoz. 28. F. B.

**D**ōnica t̄cia.

**M**are et veri obedūt ei. **M**at. 8. **H**ic dicēda sūt tria. **P**rimo quod quilibet libentē d̄ obedire p̄latis loco christi. **E**x quod mare et veri obedūt ipi christo. 4. S. **S**ecundo quod inobediētia detestanda ē p̄ quattuor. i. 3. **T**ercio vtrij inobediētia sit peccatum mortale. 13. K.

**D**ōnica q̄rta

**C**ū autē creuisset herba: et fructū fecisset. **M**at. xij. **H**ic vidēdū ē quod sit zizania **Z**izania sūt filij nequij id est luxuriosi. vñ **M**at. 6. **S**i oculus tu⁹ nequij fuerit tōj

## dominicaliū

in corp<sup>o</sup> tuū tenebrosū erit. Sic et stelligat de alijs sensib<sup>o</sup>. sic d' octo. **U**n h' dicitur e q' luxuria sine actu cōmunit' decemōis. Erqñ sit mortalez qñ n. h' q're. i9

**D**ñica in septuagesima **C**B.  
**F**ormauit d's hoiez d' limo tre **S**en. q'. **E**x q' legit' tā liber genesis vbi tractat de creatōe celi z tre z oim creaturarū **E**t de creatōe i'pius hois p'p' que oia creata sūt. **U**n sup illd' thēa dicēda sūt q'rtuor. **P**rimo q' d's triplicē creaturaz creauit. z q' sit differētia inf' facere z creae. 22 **D**. **S**cdō q' oēs hoies sunt siles in q't' tuor. xxx **T**ercio q' dignitas hois p'cellit aliq' mō dignitatē angeloz in qnq' xxi. **R** **Q**uarto q' aie p'p'ue debet q's exbibere sex opa miscōie. xxx **C**

**E**t de eadem

**Q**uid h' stat' tota die ociosi. **M**arh. xx. **H**ic dicēda sūt tria. **P**rimo q' laborare debem' z nō ocari exēplo ch'isti q' sex modis p' nobis laborauit. i6: **D**. **S**cdō q' accidia est homini multum nociua. i6. **D**. **T**ercio q' accidia ē peccatum mortale. i6 **J**

**D**ñica in septuagesima

**Q**uod aut' inter spinas cecidit h'ij s'z **L**uc. 8. **H**ic x'ps compar' diuitias spinis. **U**n hic duo sunt dicēda **P**rio q'no diuitie quietē mētis impediunt. z q'mō talis inq'etudo est peccatū mortale. i7. **D**. **S**cdō q' b' modis t'p'aliū affect' est p'ccm mortale. ix. **A**

**D**ñica in quinquagesima

**E**cce ascēdimus hierosolymā z fili' hois. **L**u. 8 **S**ciendū q' ideo in present' dñica passio ch'isti nobis ad memoriā reduc' vt gaudia illicita t'porū mūdanoz z chorizantiū temperent **U**n hic tria sūt dicēda. **P**rimo q' chorea est magnū p'ccm. q'd p' qnq' p'bat. iij. **L**. **S**ciēdo q'no chorizantes rursuz filiū dei crucifigūt. iij. **D**. **T**ercio q' i' signat cantus chorizantiū. iij. **A** z exemplū ibidē

**D**e eadē dñica

**E**cce ascēdunt' hierosolymā **S**ciē

dū q' passio ch'isti que nobis in euāg'lio hodie p'ponit' docet t'p'antiā et abstinentiam **I**n signū huius tunc ch'ist' p' nobis in cruce bibit acetū cū felle mixtū. **U**nde h' tria dicēda sūt. **P**rimo q' ebrietas multū periculosa est. iij. **D**. **E**xemplum ibidem. **S**cdm q' ebrietas qñq' est p'ccm mortale: qñq' veniale. z mors in ebrietate periculosissima est. i8. **J**. **T**ercio qualiter in futurum ebriosi puniantur. z quis eorum potus erit. i8 **R**

**E**xemplum ibidem

**E**n capite ieiunij

**C**ōuertimini ad me in toto corde vestro **J**oh' el. ij. **E**x quo est iam t'ps penitentie: tunc ille sermo cōmunis frequenter cōicari potest illo t'p'e sacro. scilz q' decem genera hominū agunt penitētiā z nouē genera hoim illoz agūt falsaz penitentiā. **E**t iō eis nullū dimittit' p'ccm. **S**ed decimū gen' verā. 25 **A**. z p'sequenter **E**xemplū ibidem

**D**ñica in q'dragesima

**E**t cū ieiunasset quadraginta diebz **M**arh. 4. **E**x quo itaz tempus ieiunādi est: dicēda sunt hic sex. **P**rimū q'no ch'istus ter esuriit. z qualis tunc abusus eius fuit. i8. **R**. **S**cdō a q' b' abis ieiunātes abstinere d'nt. i8 **H**. **T**ercio soluens ieiunū qñ peccat mortali: z qñ n. 4. **D**. **Q**uarto: an laboratores z peregrini z medici z mulieres pregnātes ad ieiunū teneant. 4 **R**. **Q**uinto: q'no abstinentia in cibo z potu est vite plōgatio i8. **B**. **S**exto q' abstinentia seu ieiunūz in nobis causat castitatem. i9. **D**. **E**t exemplum ibidem

**D**ñica sc'da in q'dragesima.

**M**iserere mei dñe fili dauid filia mea. **M**arh. 25. **V**erba p'dicta quilibet peccator cū cordis p'ritione dicere debet iā illo sacro tempe: quod tempus penitentie est. **U**n hic tria sūt dicēda **P**rimo q' dolor contritionis debet esse maximus. quod p'bat' p' tria. i5. **E**. **S**cdō q' quatuor sunt signa vere cōtritionis. 25.

## Memoria sermonū

**F.** Tercium quod tritio tanta potest esse quod totus creatur pene deleat. **S.** Et exemplum ibidem.

**De eadem dominica.**

**C**omiter magna est fides tua. **Dat.** **S.** **U**n h' dicenda sunt tria. **P**rimum quod fides est fundamentum humane salutis. et qui fide caret. in statu damnationis est. **i. D.** **S**ecundo qualiter quilibet christianus symbolum apostolorum scire tenet. **i. S.** **T**ertium de duodecim articulis fidei quos apostolorum quilibet articulum composuit. **22. L.**

**D**ominica tertia.

**C**um eiecisset iesus demonium locutus est mutus. **Lu. xi.** **C**um enim diabolus illo sacro tempore per veram contritionem eijcit: tunc mutus loquitur. id est peccata sua confitetur. **U**n h' dicenda sunt quattuor. **P**rimo quid sit confessio: et quomodo quilibet ad eam tenetur. **25. S.** **S**ecundo quod confessio debet principaliter quinque conditiones habere. **25. J.** **T**ercio confessio que fit ex sola consuetudine vel timore et non ex charitate non est fructuosa: et talis confessio per duo signa cognoscitur. **25. U.** **Q**uarto quod in quattuor casibus confessio reiteranda est. **4. P.**

**De eadem dominica.**

**C**um beelzebub princeps demoniorum. **Lu. xi.** **S**ciendum quod beelzebub nomen demonis est. quod pesti immundis cogitationibus. **S**ed lucifer demon est qui preest superbie: sicut mammon qui pesti diuitiis male acquisitis et iste habet multos sub se. **Q**uia omnes usurarios et ceteras res iniustas possidentes. **U**n circa hec quattuor sunt dicenda. **P**rimo quod est usura. et quale est peccatum. hoc quod. **7. L.** **S**ecundo quod usurarius peior est omni peccatore: immo peior est quam iudas. quam mors. quam infernus. **7. U.** **T**ercio quod nouem genera usurariorum habent enumerentur quod omnes damnantur si sic moriuntur. **7. X.** **Q**uarto quibus modis usurarius cogatur ad restitutionem. **7.**

**D**ominica. **4.** in quadragesima. **Cee.** **A**bijt ihs trans mare galilee. **Johis. vi.** **H**ic per mare intelligitur mundus. **U**n h' quattuor sunt dicenda. **P**rimo quod mundum non debemus diligere. **E**t hoc propter quattuor. quod

**re. 19. L.** **S**ecundo quod temptari nos in presenti vita est necessarium. hoc quod. **xxi. L.** **T**ercio quomodo virtuosus ab amatoribus huius mundi iridentur. **xi. S.** **Q**uarto quod boni homines debent esse patientes in persecutione huius mundi. **xx. O.**

**De eadem dominica.**

**A**cepit ihs panes: et cum gratias. **zc. Joh. 6.** **S**ic dominus ihs abauit turbam cum quibus panibus: sic quilibet debet cibare animam propria cum panem vere penitentiae et satisfactionis pro peccatis suis. **U**n h' dicenda sunt tria. **P**rimo quod satisfactio semper debet fieri per contritionem: hoc quod. **25. U.** **S**ecundo an satisfactio expleta in peccato mortali valeat. vel utrum reiteranda sit talis satisfactio. **25. D.** **T**ercio completa penitentia quam sacerdos iniungit utrum penitens totaliter sit absolutus.

**D**ominica in passione. **25. A.**

**T**ulerunt lapides iudei: ut iacerent in eum. **Joh. 8.** **H**ic incipit dominica in passione. **U**n h' tria sunt dicenda. **P**rimo quod sit iste qui passus est pro nobis et quod quilibet passus sit. et a quibus passus est. **E**t quod coegit eum ad patendum mortem pro nobis. **22. U.** **S**ecundo quod sit ista Christus passus a multis pilatis in suis membris. **22. post. U.** **T**ercio quod patienter debemus persecutiones et tribulationes sufferre. quod hoc est valde meritorium. **xx. O.**

**D**ominica palmarum.

**E**cce rex tuus venit tibi mansuetus. **Dat. xx. Ex.** **Q**uia nos communicaturi sumus illo sacro tempore: ne scientur indigni accedere ad sacramentum eucharistie: tunc hodie scilicet in die palmarum dicendum est de septem maximis periculis quibus homo incurrit quando indigne accedit ad sacramentum. hoc quod. **26. B.**

**De eadem dominica.**

**H**oc totum factum est: ut impleret. **Dat. thei. 25.** **S**ic christus impleuit premissum scilicet equitudo asinam: ut impleret prophetiam. et nos viceuersa merito implere debemus vota nostra deorum sanctorum premissa. **U**n de hic quibus sunt dicenda. **P**rimo quod sit votum et quod tria requiruntur ad votum sciendum. hoc quod. **4. L.** **E**t quilibet peccator: qui stultum vota

## dominicalū

pmittunt. i. **R.** Tercio q̄ votū licitum  
sp̄ obligat exceptis q̄ttuor casibz. ij. **D.**  
Quarto vtz vouēs statim teneat votū  
implere. ij. **P.** Exemplū ibidem. Quin  
to q̄ grauit puniant q̄ vota pmissa deo  
nō soluunt. ij. **R.** Exemplū ibidem.

**In tēna dñi**

**P.** rober aut seipm hō z sic d̄ pane. zc  
p̄. **L.**oz. xi. Sup illd̄ thema dicēda sūt  
q̄ttuor. **P.**rimū q̄ sac̄m eucharistie est  
deuote sumendū z summe a nob̄ hono/  
randū. 4. **X.** Itē. 26. **S.**ecdo: an pu  
eris dādū sit hoc sac̄m eucharistie. Et  
in quali etate sit accedendū ad h̄ sac̄m.  
25. **M.** Tercū q̄ sac̄m eucharistie tri/  
bus modis sumit. **P.**rimo spiritualit̄ tñ  
scdo sacramentalit̄ tñ. t̄cio spiritualit̄ z  
sacramentalit̄ sūt. 26. **P.** Exemplū ibidē.  
Quartū digne sumētes hoc sac̄m mul  
tiplices fruct⁹ ex h̄ cōsequuntur. 26. **D.**  
Exemplū ibidem.

**In festo pasche.**

**S.**urrexit nō est h̄. **D.**ar. vi. Ex quo  
hodie est dies resurrectionis tūc hie sunt  
dicēda tria. **P.**rimū sicut necessariū ē cre  
dere ip̄m passum z mortuū: sic etz neces  
sariū est credē gloriosam eius resurrectio  
nē. 22. **M.** Scdm̄ q̄ quadruplex ē infer  
nus. z qualē ch̄s confregit qñ ad infer  
na descendit. 22. añ **D.** Tercū qualiter  
nos oportet resurgere in nouissimo diez  
in qua etate. 22. **G.**

**Secda feria pasche.**

**C.**et factū ē dñi fabularēt z secū q̄rerēt  
**L.**u. 24. **H.**ic sciendū q̄ libent̄ debemus  
loq̄ d̄ do z d̄ bonis exēplo illoz duoz q̄  
ibāt i emaus. **U.**n̄ h̄ q̄nqz sunt dicēda  
**P.**rimū q̄ sūt q̄nqz q̄ dñt nos retrahere  
ab inutilibz x̄bis z a mltiloq̄o. z qñ mlti  
loquū ē p̄c̄m mortali. i. 8. **M.** Scdm̄  
q̄ loq̄ x̄ba scurrilia z luxuriosa est p̄p̄ū  
ip̄udicoz cor. i. 8. **P.** Exemplū ibidē  
z qñ loq̄ d̄ luxuria ē p̄c̄m mortale. i. 8. **F.**  
Tercū q̄ maledicē qñ ē p̄c̄m. z d̄ p̄c̄a  
maledicōez p̄ferēt. ij. **S.** Quintū q̄ bo  
nū sit loq̄ d̄ do z d̄ bonis h̄ p̄z p̄ exē. i. 8. **E.**

**Feria tertia pasche**

**C.**oegerūt eū dicētes. mane nobiscū  
qm̄ aduesperascit. **L.**u. xiiij. **H.**ic dicēda  
sunt tria. **P.**rimū q̄ peregrini libēter z le  
tāter recipiēdi sunt ad hospitia. h̄ q̄re. x.  
**B.** Scd̄z qño hospes q̄ nimis p̄putat  
hospitibz peccat z tra p̄ceptū dei. z qño  
peccat hospes q̄ cibū p̄hibitu dat suis  
hospitibz. vij. **D.** Tercū q̄ntū peccāt  
q̄ malefactores recipiūt ad hospitia z p̄  
mittūt in domibz suis hoies ludē. blas  
phēmare. z luxuriari. z sic d̄ alijs. xi. **H.**

**Feria quarta pasche.**

**C.**ado piscari. **J.**ohis. xxi. **H.**ic doce  
mur q̄ redire debemus post festū ad la  
bores manuales. qz̄ s̄m **J.**oh. **H.**ō nasci  
tur ad laborē sicut auis ad volādū **U.**n̄  
hic dicēda sūt sex. **P.**rimū q̄ laborare de  
bemus exēplo x̄pi q̄ sex mōis laborauit  
p̄ nobis. hoc q̄re. xvi. **D.** Scdo qño  
laboratores multip̄lr fraudē zmittunt  
in suis laboribz. vij. **I.**k. Tercū mecha  
nici q̄ p̄parant res z vendūt que nisi ad  
malū vsum valent q̄liter peccāt. vij. **R.**  
Quartū mechanici vel mercatores do  
lose iurātes p̄ximo tenent̄ ad restitutio  
nē. vij. **D.** Quintū mechanici qñ emen  
do vel v̄dēdo in diebz festiuis peccant  
mortalr vel qñ nō. iij. **D.** Sextus q̄ in  
quattuor casibz potest quis laborare in  
die festiuo. hoc q̄re. iij. **L.**

**Domica in octaua pasche**

**P.**ax vobis. **J.**oh. xx. **H.**ic sciendū q̄  
filij dei sunt q̄ pacē faciūt **U.**n̄ **B.**reg⁹. in  
pastoralibz. **S.**i dei vocāt filij q̄ pacem  
faciūt. p̄culdubio sathanest? filij q̄ pa  
cē zfundūt. **U.**n̄ tria sūt h̄ dicēda. **P.**ri  
mū q̄ cū q̄ttuor p̄sonis p̄ncipalr nō est li  
tigādū. hoc q̄re. xiiij. **S.** Scdm̄ qñ d̄s  
cordia est p̄c̄m mortale. xiiij. **D.** Tercū  
quātum detestabile sit discordiam semī  
nare. xiiij. **P.** Exemplū ibidem.

**Domica p̄ma p̄ octa. pasche.**

**E.**go sūz pastor bon⁹ **J.**oh. x. **P.**astor  
est p̄lat⁹. oues sūt sub diti **U.**n̄ h̄ q̄nqz sūt  
dicēda **P.**rimū qño p̄lat⁹ vel p̄lati debēt

## Thematata sermonū

regere subditos. **H** qre. xi. **L**. Scdm q  
placuerat oēs faciētes in subditos q̄no  
peccāt q̄ p̄ceptū dei. 7. **L**: Tercius q̄n  
tal' exactio sit p̄ccm mortale. 2. q̄lit tene  
ant ad restitucōnem. i. 7. **E** Quarto q̄  
oues. i. subditi libent' debēt obedire pla  
cis. 2. h' p̄t' tria. 4. **S**. Quintum serui  
2 ancilleres dñoz suoz furantes 2 male  
expēdētes. q̄lit peccant. 7. **J**

**D**ñica scda post pascha

**M**ulier cū parit tristitia hz. **Joh. xvi**  
Hic dicēda sūt q̄nq; **P**rimū q̄ diuersi  
errores p̄tingūt circa mulieres p̄uicētes  
**H** qre. **A**. Scdm q̄ mulieres q̄nq; cūq;  
sūt corā hoīb; dñt velare capita sua tri  
plici rōe. **H** qre. i. 3. **H**. Terciu mulieres  
facies suas depigētes q̄no peccāt mor  
talit'. 13. **J**. Quartū q̄no supb; ornatus  
mliez nocet angel' hoīb; 2 dō p̄mo 2 si/  
būpi hoī. 13. **D**. Quintū q̄ mliez p̄for  
tū d; fugi ab his q̄ volūt casteyiuere. **H**  
qre. 19. **O**. Exemplū ibidem

**D**ñica t'cia post oct. pasche.

**I**lle arguet mōm d' p̄ccō 2 d' iusticia  
2 d' iudicio **Joh. 16**. Hic fit mētio d' cor  
rectōe **U**n h' q̄nq; sūt dicēda **P**rimū q̄  
correctio subditoꝝ spectat ad quēlibet p̄  
latū. **H** qre. xi. **K**. **U**t ar illa correctō fiat  
cū suauitate tunc q̄nq; sūt p̄siderāda. 19.  
**J**. Scdm vtrū q̄libet hō tenet corrigē  
p̄ximū suū 2 q̄n omisio frat' ne correctō  
nis sit mortale: 2 q̄n nō. **S**. **L**. Tercium  
an causa correctōis liceat dicere p̄rio cō  
uiciū. 8. **J**. Quartū p̄tumelia q̄n ē pec  
catū mortale. 15. **E**. Quintū q̄no debe/  
am' repellere iuiciū nob' ip̄operatū. 2  
h' p̄t' tria. 8. **K**

**D**ñica rogationum.

**A**me dico vob. Si qd petierit' p̄rez  
in noie meo dabit vob. **Joh. 16**: **I**ā est  
sp̄s rogationū. **U**n h' ta sūt dicēda. **P**ri  
mo q̄no oīo p̄cellit elemosynā 2 ieiunū.  
**H** qre. xxi. **A**. Scdo oīo dñical' excellit  
alias oīoes i q̄rtuoz. xxi **B** Tercio q̄no  
declarat' de st' ille septē petitōnes oīonis  
dñice. xxi. **L**. **I**n ascēsiōe dñi.

**P**ostq̄ locutus est eis assumptus ē  
in celū. **Matth. xvi**. Hic dicēda sunt  
tria. **P**rimū q̄no christus ascēdit in mō  
tem oliueti corā discipulis suis. Scdo  
q̄ ascēdit gaudēter cū oībus electis ve  
teris testamēti. Terciu q̄no hoc intellir  
git. **S**edet ad dexterā dei. qre. 22. **O**.

**D**ñica infra octa. ascēsiōis

**A**bsq; synagogis faciētes vos. **Johis**  
xv. Sciendū q̄ nos debemus vitare in  
deos 2 excōicatos sicut ip̄i in dei p̄ tunc  
vitabāt p̄sortia sanctorū ap̄loꝝ **U**n hic  
q̄nq; sunt dicēda **P**rimū q̄ excōicatio  
est duplex. s. maior 2 minor. **H** qre. iij. **J**  
Scdm excōicardēz nō curās q̄no 2 q̄n  
tum peccat. iij. **L** Terciu q̄ maior ex  
cōicatio valde timēda ē p̄pter q̄nq;. iij.  
**K**. Quartū q̄ excōicatis in q̄nq; possu  
mus cōicare absq; p̄ccō. iij. **D**. **Q**uin  
tū q̄n excōicatus intrat eccliam: an aliū  
teneant' exire. **E**t q̄ reuerentiā exhibēt  
excōmunicato. s. assurgēdo ei an peccāt  
et p̄les q̄stiones ibidē de excōicatiōe. **H**  
quere. iij. **A**. **O**. Exemplū ibidē

**I**n die penthecostes.

**P**aracletus autē sp̄s sc̄s quē mitter  
pater in noie meo ille vos docebit oīa.  
**Johis. xij**. Hic docēda sunt tria. **P**ri  
mum. q̄ sicut necessarium est ad salutes  
credere in patrē 2 filiū: ita 2 in sp̄ritū san  
ctū. hoc quere. 22. **R**. Scdm quare sp̄  
ritū sanct' desiderā dus est. 22. **S** Ter  
tium q̄no sp̄s sanctus sanctificat eccliaz  
catholicā. hoc quere. 22. **S**.

**D**e eodem

**A**d eū veniē' 2 mansionē apud eū  
faciem'. **Joh. xij**. Hic dicendū est de  
donis sp̄s sc̄i. **E**t his septē potes face  
duos s̄mones. hoc qre. xxx. **A**. **B**. **L**

**I**tem de eodem festo

**C**onfirma hoc de' qd opatus es in o  
bis. **p̄s. 67**. **E**x quo iā pagit illud sp̄s  
in q̄ grā sp̄s sc̄i data est discipul'. 2 in sa  
cramēto p̄firmatōis grā p̄fertur p̄ quā  
deputat' q̄s ad effectum sanctitat': 2 p̄  
quā grā data in baptismo p̄seruat' **U**n

## Sominalū

hic dicēda sunt tria. Prīmū vtrū sacra-  
mentū confirmatōis debeat omnibz pferri  
hoc qre. 24. **A.** Scdm q sex requiruntur  
ad confirmatōem. 24. **B.** Tertū q sa-  
cramentū confirmatōis habet octo effec-  
tus digne suscipienti. hoc qre. 24. **L.**

**T**ertia scda post pēthecoskes  
Qui credit in eū nō pereat s̄ habeat  
vitā eternā. **Joh. vi.** Hic dicēda sunt  
tria. Prīmū q sit dñtia credere deo. et  
credere deum. 2 credere in deū. hoc qre  
22. **L.** Scdm de illis qui dubitāt d̄ si  
de. vel qui pscrutari fidem volūt. Item  
q articulos fidei discere nolūt. **I. B. Ter-  
tium** de duodecim articulis fidei q ha-  
bentur. 22. **B. f. h.**

**T**ertia tertia post pēthecoskes.  
**A**mē amē dico vobis q nō intrat rē  
**Johis. x.** Sciendum q iste erat mod⁹  
turādī in xpō dicendo. amē amen dico  
vobis. Unde hic dicēda sunt sex. **Prī-  
mū** q iurare 2 iuramentū sine pctō rec-  
pere potest q̄s in q̄ncz casibz. ij. **R. Be-  
eundū** iurātes vane 2 sine causa siue sit  
verū siue nō qualiter peccāt. ij. **B. Ter-  
tium** iurātes dolose 2 mendaciter vt in  
mercantijs solet fieri q̄s grauitē peccāt  
ij. **L.** Quartū. q̄s periculosuz sit se ad ta-  
lem penā cum iuramento obligare. ij. **B.**  
**Quintū** q purium solemnizatū est ma-  
ximum peccatum. qd̄ p̄batur p̄ quinqz  
ij. **A.** Exemplū ibidem. Sextū quartū  
peccat talis q̄ scienter recipit falsuz iura-  
mentū. ij. **I.** Exemplū ibidem

**I**n festo sancte trinitatis  
**S**amus qz a deo venisti magister.  
**Johis. iij.** Et notandū sicut hodie ē fe-  
stū trinitatis: sic hodie legit illud euā ge-  
liū in q̄ q̄libet p̄sona apte exp̄m̄. nā p̄-  
sona filij est q̄ in euāgelio loq̄tur. p̄sona  
patris cū d̄r. scimus qz a deo venisti ma-  
gister. a deo. i. a deo p̄re. p̄sona sp̄s san-  
cti exp̄m̄ cū d̄r: sp̄s vbi vult spirat.  
Un̄ hic quattuor sunt dicēda. Prīmū  
q trinitas p̄sonarū in diuinis multipl̄  
p̄bat. 22. **B.** Scdm q deus ē creator

oim rerū visibiltū 2 invisibiltū. 22. **D.**  
**Tertū** q hō creatori suo obligatur ad  
tria p̄ncipalr. 22. **E.** Quartū sup hoc  
hō q̄ d̄r m̄gr̄ dicēdū. q doctrinā bonaz  
et salubzē p̄ximis imp̄dere valde meri-  
torū est. xx. **f.** Itē q xp̄s m̄gr̄ noster ē  
et docet nos septē bona. xij. **f.**

**I**tem de eodem sermo  
**A**mē amē dico tibi nisi q̄s renat⁹ fue-  
rit **Pro** q̄ sciēdū q̄ triplex ē n̄titas. s. coz-  
p̄alis q̄ fit a p̄re 2 matre. Scda sp̄ialis  
q̄ fit in baptismo **Tertia** celestis q̄ fit in  
celo. 2 de scda fit hic m̄tio Un̄ circa eā-  
dem h̄ tria sunt dicēda. Primo quō ba-  
ptismus est ianua 2 fundamētū oim sa-  
cramentoz. 2 oēs tenent baptizari. Et  
an puer in ytero matris possit baptizari  
24. **B.** Scdo q̄ baptismus habet no-  
uē effectus. xxij. **L.** Tertio qd̄ illa q̄trū-  
or significāt q̄ sunt puero añ baptisimū  
2 illa tria q̄ sūt puero p̄ baptisimū. 23. **E.**

**I**n festo corpis ch̄asti.  
**C**aro mea vere est cibus **Johis. vi.**  
Circa qd̄ sciēdū q̄ circa hoc sacramen-  
tū tria sunt dicēda. Primo quō iste cibus  
tribus modis sumit. s. sp̄ialiter tm̄. 2 sa-  
cramentalr tm̄. 2 sp̄ialiter 2 sacramēta-  
liter simul. xxvi. **A.** Exemplum ibidez  
Scdo quō ibi sit xp̄s sub sacramēto eu-  
charistie qz ibi sumit q̄ncz p̄ticule. Et  
q̄ bona hō consequitur ex digna sumptōe  
eucharistie. xxvi. **D.** Exemplū ibidem

**D**ñica p̄ma p̄ festū trinitatis  
**E**pulabaz q̄ die splēdide. **Lu. xvi.**  
Hic tria dicēda sūt. Prīmū q̄ gulosi in  
comedēdo septē mittūt q̄ sūt multū res  
p̄hensibilia. xvij. **L.** Scdo quō variet-  
tas 2 multiplicitas sercl̄oz ē nocua. xvij  
**f.** Tertū quō gulosus comedēdo 2 bi-  
bēdo peccat mortalr q̄ncz mōis. xv. **S.**

**D**ominica secūda.  
**N**o qd̄az fecit cenā magnā **Lu. xij.**  
Hic p̄ cenā intelligitur iunium celeste  
qd̄ sancti in celo habēt. Un̄ h̄ tria sunt  
dicēda. Primum q̄ cōsideratio celestis  
gaudij debet nos inducere ad opandū

## Thematata sermonū

bona opa. xvi. **S.** Scdm q̄ cōsideratio gaudij celestis debet nobis eē remediū contra auariciā. xvij. **A.** Tertiu q̄ gaudij celeste summe desiderādū est ppter q̄ttuor. xvij. **V.** Exemplū ibidē.

**D**ominica tertia.

**C** uxorem duxi ideo nō possuz venire Luc. xiiij. Sciendū q̄ si vxor accipitur ppter tūc falluz dicit. qz plures in matrimonio veniūt ad regnū celoz **S**z si pro voluptate carnali accipit tūc verū dicit quia om̄is fornicator aut immūd<sup>9</sup> s̄m aplm nō habet prem in regno dei **H**ic dicēdum est quō actus luxurie p̄mittit̄ actu septem modis. z semp vnus ē grauior alio. vi. **A. B. C.**

**D**ominica quarta.

**E**stote misericordes sicut pater vester celestis misericors est. Luce. vi. **H**ic de sex opibus misericordie dicendū est. xi. **A.** Itē q̄ vxor q̄ misericors est et bona facit bonū virū. viij. **H.** Exēplū ibidē

Item de eadē dñica quarta

**N**olite iudicare vt nō iudicabimini. Lu. vi. **H**ic q̄ttuor stz dicēda. **P**rimo q̄ iudicare nō debemus p̄imos. s̄ oīa dubia in meliōrē prem interpretari **E**t ex duobz iudiciū temerarium or̄it. xxx. **D** **S**ecō q̄ detractio ppter q̄ncqz detestāda est. v. **B.** **T**ertio q̄ detractio p̄mittit̄ sex modis. v. **D.** **Q**uarto detractio nē audire q̄ sit mortale vel q̄ sit veniale. v. **R.** **E**xemplum ibidem.

Item de eadem dñica

**D**imitte et dimittemini. Luce. vi. **S**ciendū q̄ q̄libet libēter debet p̄imo suo indulgere z odiū a corde suo amouere. qz multū periculosum est odiū in corde retinere. **U**n. i. **J**ohis. iij. **Q**ui odit fratrē suū homicida est. **U**nde q̄ttuor sunt hic dicēda. **P**rimo q̄re inuidia a quolibet hoīe est detestanda. xiiij. **A.** **S**ecundo q̄ inuidia committit̄ sex modis. **E**t q̄n est mortale z q̄n nō. xiiij. **B.** **T**ertio q̄ inuidia deliberata puenit a tribz. xiiij. **C.** **Q**uarto q̄ inuidia facit

gaudere de aduersis z dolere de p̄sperz quod est valde puersum. xiiij. **D. E.**

**D**ominica quinta

**A**scendens autem in vnam nauim q̄ erat symonis. Lu. v. **U**bi sciendum q̄ p nauim intelligit̄ penitentia. **U**n euāgelium p̄ns dicit de duabus nauibus. **P**er p̄nam possumus intelligere statū innocentie. **P**er scdam ipsam penitentiā **U**nde hic circa nauem penitētie q̄e tuoz sunt dicenda. **P**rimo q̄ penitētie dignitas z vtilitas ostēdit̄ in tribz. xxv. **A.** **S**ecūdo q̄ penitētia vera p̄t̄ oīa respectu dei z peccatoris p̄ter q̄ttuor. xxv. **C. D.** **T**ertio q̄ peccator volēs penitere debet duo facere vt veraciter conseq̄atur indulgentiā z remissionez peccatorum suoz. xxv. **R.** **I**tem. xxv. **D.** **E**xemplum ibidem. **Q**uarto q̄ multū meritoriū est inducere illos ad penitentiā scilz qui pro criminibus suis occidendū sunt. xx. **E. F.** **E**xemplū ibidem

**D**ominica sexta.

**O**mnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. **M**atth. v. **H**ic ch̄ust<sup>9</sup> vult nos retrahere ab ira. **U**n hic tria sunt dicenda. **P**rimo quomō ira ppter quif qz est detestanda. xv. **A.** **E**xemplū ibidem **S**ecūdo q̄ ira cōtingit octo mōis et q̄n non est p̄t̄m. z q̄n est veniale z q̄n mortale. xv. **B.** **T**ertio puocātes p̄imos ad iracūdiam cā solacij vel alia intentōe grauit̄ peccant. viij. **L.**

**D**e eadem dominica

**N**ō occides. **Q**ui aut̄ occiderit reus erit iudicio. **H**ic sex videnda sunt. **P**rimum q̄ homicidium corporale est detestandum ppter tria. v. **A.** **S**ecundo q̄ homicidium manu siue facto committit̄ tur quatuor modis. v. **C. H.** **T**ertio amplius peccat qui occidit iustum: an quē occidit peccatores. v. **D.** **Q**uarto quot modis committitur homicidiuz corporale a lingua. v. **E.** **Q**uinto quādo homicidium committitur sola defensione v. **H.** **S**exto videndū ē q̄ homo non



est faciliſ ad mortē ſentētiand⁹. v. **G.**

**D**ominica ſeptima.

**Q**uidā de longe venerūt. **Mat. 8.** Sciendum q̄ de p̄pe veniunt innocentes. Sed de longe qui poſt commiſſionem peccati reuertuntur. **Modo h̄ dīcendum eſt quomodo homo elongat ſe a deo p̄pter peccatū mortale: z q̄ peccatum quattuor modis committitur. hoc quere. 12. **A.****

**D**ñica octava.

**A**tendite a falſis p̄phetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium. zc. **Mat. 7.** Hī falſe p̄phete ſunt heretici z hypocrite. **Unde hīc quattuor ſūt dicenda. Primo que ſūt ſigna: per que cognoscuntur heretici. hoc quere. i. **F.** Secūdo q̄ deteſtabilis eſt illa heretiſ: que dicit viſibilia eſſe creata a demone: z inviſibilia a deo. 22. **D.** Tertio q̄ hypocriſ eſt peccatū valde deteſtandū triplici rōe 13. **T.** Quarto q̄ hypocriſis committit̄ octo modis. z quādo eſt p̄ccm mortale. z quādo non. 12. **A.****

**D**ominica nona.

**F**acite vobis amicos de mammona iniquitatis. **Luce. 16.** Sciendum q̄ illā amicitiam nobis facere debemus p̄ elemoſynarū largitionem. **Unde dicēda ſūt hīc quinq̄. Primo q̄ elemoſyna dāda eſt de iuſte acquiſit⁹: z cū affectu magno. 11. **R.** Secūdo quādo elemoſyna eſt ī precepto. z quādo non. 5. **O.** Tertio. q̄ elemoſynam poteſt dare vxor ſine licentia viri in tribus caſibus. 7. **H.** Quarto quomodo ſerui z ancille de bonis dñoy ſuoy dare p̄nt elemoſynaz. et quomodo nō. 7. **J.** Quinto non dans elemoſynam z auare retinens temporalia ex nimia tenacitate grauiſter peccat. 19. **B.** Item: 7. **E.****

**D**ominica decima.

**V**idens icuſ civitatem fleuit ſuper illam. **Luc. 19.** Sciendū q̄ chriſtus fleuit deſtructionē civitatis hieruſalem. et deſolationem iudeoyum hoc fecit ex com

paſſione cordis ſui: **Unde hīc de iudeis quattuor ſunt dicēda. Primo quare eccleſia ex toto nō delet iudeos. ſz p̄mittit eos vivere. vij. ff. Secūdo quō iudei z chriſtiani ad ſeinuicē debent habere. vij. gg. Tertio: vtrū pueri iudeoy ſine baptizandū inuitis parentibus. vij. hb. Quarto an pueri iudeoy ſine baptiſmo decedētes ſint ſimiles pueris chriſtiano rum: Et ad quē locum tales pueri pueniunt. xxij. **F.****

**D**e eadem dñica.

**E**t ingreſſus in templū cepit eijcēre dētes. **Lu. xix.** Hīc dicēdū eſt q̄. xij. genera mercatorū dānabūt ſi ſic decedūt

**D**ñica vndecima. **C. 7. **O.****

**P**harife⁹ ſtās ap̄d ſe orabat. **Lu. 18.** Hīc dicēda ſūt tria. Primo q̄ piculoſe peccat q̄ ſe p̄fert alijs in ſua eſtimatōe. ſicut ille phariſeus q̄ dixit. dñe nō ſuz ſic ceteri hoīes. hoc quere. xij. **C.** Secūdo q̄ iactātia deteſtanda eſt p̄ter tria quā ille phariſeus habuit dicēs Jeiuno bis in ſabba. xij. **P.** Tertio q̄ iactantia octo modis comittit̄. z quā eſt p̄ccm mortale. xij. **O.** **Exēplū ibidē.**

**D**e eadem dñica.

**N**on ſum ſicut ceteri hoīes raptores **Luce. 18.** Hīc dicēda ſūt quatuor. **Primo q̄ raptores in trib⁹ peiores ſunt diabolo. hoc quere. 7. **A.** Secūdo: vxor raptoris quō p̄t vti reb⁹ rapt⁹: z quō nō. 7. **B.** Tertio rē raptā emēs ſciēter q̄nq̄ dāna incurrit. 7. **S.** Quarto rex iniuſtaz participatio eſt vnum de peccatis alienis. xi. **J.****

**D**ñica. xij.

**A**dducunt ei ſurdum z mutuz. **Mat. 9.** Hīc notaſ compaſſio illorū hoīm cum illo infirmo qui ex cōpaſſiōe adduxerunt eū ad iſm. **Unde ſciendū q̄ iſirmoſ viſitare. z eos p̄ſolare. z eis ex cōp̄ de cōpati eſt multū meritorū. qz eſt vñ de ſex ſp̄ritualib⁹ op̄ib⁹ miſcōdie: de quibus ſup hoc p̄ſens thēma dicendū eſt quere. xx. **D. H.****

## Themata sermonū

### **D**ñica tredecima.

**D**iligēs dñm deuz tuum ex toto cor/ de tuo. **Luce. x.** Hic dicēda sunt tria. **P**rimo quomodo quilibet homo tene/ tur diligere deum super omnia qui vult saluari. hoc quere. **xij. E.** Secundum: **v**trum quis posset odire deum. **xix. Ik.** **T**ercio quō avarus colit t̄palia pro dō. superbus honores. gulosus voluptates carnis. **i. G.**

### **D**e eadem dñica.

**P**lagis impositis abierunt semivuluo relicto. **Lu. x.** Hic dicēda sūt tria. **P**rimo sciendum q̄ homo in corpore vulne/ ratur dupliciter. quando q̄ vsq̄ ad mor/ tem: sic spiritaliter per peccatum mor/ tale vulneratur in anima. Quando q̄ autē vulneratur homo in corpore z non tamen propterea moritur. Sic spūalif̄ possum de peccato veniali intelligē quo ad animam. **U**nde hic tria sūt dicēda. **P**rimū quid sit peccatū veniale. z quot modis committitur. z damna que ifert homini. hoc quere. **iz. A.** **S**cđm q̄ pec/ cata venialia sunt occasio peccatorū mor/ talium. z hoc quattuor modis. **xij. D.** **T**ercium q̄ peccata venialia octo mo/ dis dimittunt. **xij. D.**

### **D**ñica decima q̄rta.

**O**ccurrunt ei decem viri leprosi. **Lu. xvij.** **P**er lepram peccatum mortale in/ telligitur. **U**nde hic tria sunt dicēda. **P**rimo quomodo peccatum nocet ho/ mini in vita in morte z post mortez. hoc quere. **iz. F. B.** **S**ecūdo quomodo no/ cet illis qui sunt in purgatorio. **xij. J.** **T**ercio quomodo nocet damnatis in i/ ferno: z etiam saluatis in celo. z homini/ bus in mundo. z postremo ip̄i xp̄o. hoc quere. **iz. K.**

### **D**e eadem dñica.

**E**t cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. **Lu. i. 8.** Hic dicēdum est q̄ gratiarum actio offerenda est deo pro beneficijs multiplicibus que nobis impendit. hoc q̄re. **ij. B.** **I**tem. **4. G.**

### **D**ominica decima quinta

**N**on potestis deo seruire z mammo/ ne. **i. diuitijs. Math. vi.** Hic dicēda sūt q̄nq̄. **P**rimū quō avar⁹ seruit diuitijs scz colēdo eas p̄ deo. hoc q̄re. **i. G.** **S**ecundū quādo nimia sollicitudo z inq̄/ tudo circa tēporalia est pctm̄ mortales. **xvij. D.** **T**ertū quare tēporalia nō pos/ sunt satiare affectū hominis. **xvij. B.** **Q**uartū remediū cōtra omnē auariciā. **xvij. J.** **Q**uintū q̄ tēporalia plurib⁹ hoībus sunt occasio q̄ mali z pueri effi/ ciunt. **xvij. D.** **E**xemplum ibidem.

### **D**ominica decima sexta

**E**cce defunctus efferebat filius vni/ cus matris sue. **Lu. viij.** **U**n̄ **G**reg⁹. in moralib⁹. **T**ota vita sapiētis debet eē meditatio mortis. **U**n̄ hic sex sunt dicē/ da. **P**rimū q̄ mortis memoria facit cō/ tēnere oīa t̄palia. hoc q̄re. **xvij. J.** **S**ecundū q̄ morientib⁹ in agone occurrunt pctā p̄petrata. **xij. B.** **T**ertū mort⁹ pe/ na cui aliqd̄ dirimat d̄ pena p̄ pctis de/ bita. **xx. E.** **Q**uartum quō morietes in agone debent seipos z cognatos z pue/ ros z oīa t̄palia dō sp̄ote offerre. **xvij. Ik.** **Q**uintū qd̄ sentiendū sit de illis q̄ pd̄r/ rōem in agone mortis an dānent v̄l nō. **xij. L.** **S**extū q̄ multiplices errores p̄/ petrant ab hoīb⁹ circa morietes. **i. D.**

### **D**ominica decima septima

**D**is qui se exaltat humiliabit. **Lu. xiiij.** Hic dicēda sunt tria. **P**rimū q̄ su/ pbia exterior detestāda ē p̄pter tria: **xij. A.** **S**cđm quō ornatu⁹ muliez silr z vi/ roz tripl̄r p̄t esse pctm̄ mortale. **xij. A.** **T**ertū q̄ ornatu⁹ corpis cohibere de/ bent illa. hoc quere. **xij. D.**

### **D**e eadem dominica.

**O**m̄is q̄ se exaltat humiliabit. **Lu. xiiij.** scz qui se in sua estimacione exaltat **U**nde hic dicēda sunt tria. **P**rimū q̄ su/ pbia interior habet quattuor species. **xij. B.** **S**ecūdam supbus preferēs se alijs in estimacione sua q̄ periculose pec/ cat. **xiii. L.** **T**ertium q̄ sunt sex reme/

## Dominicalū

dia contra omnem superbiam. xiii. cc.  
Exemplum ibidem:

**D**ominica eadem

**U**icet sabbato curare. Lu. xiiii. Hic dicenda sunt quattuor. Primum quare sabbatum translatum sit in diem dominicam. Et q̄ dies dominica habeat xii. priuilegia. hoc quere. iii. **A. B. S.** eūdem quomodo obseruatio festi octo modis transgreditur. iii. **L.** Tertium quādo festum incipiendum est et quā terminandum. iii. **F.** Quartum quomodo tripliciter puniuntur qui nō celebrant festa. hoc quere. iii. **B.**

**D**ominica decima octaua

**I**n his duobus mandatis uniuersa lex pendet et prophete **Matth. ei. xxii** Hic dicenda sunt tria. Primum quomodo precepta decalogi emanant a dilectione dei et proximi. hoc quere. i. **L.** Secundum quomodo quilibet adultus tenetur scire p̄cepta dei. xii. **E. F.** Tertium quomodo precepta dei cum diligentia sunt seruanda p̄ter decem fructus. i. **A.**

**D**ominica dimanona

**H**ic blasphemar. **Matth. ei. ix.** Hic dicenda sunt tria. Primum quomodo blasphemia est grauissimum peccatum et committitur corde. ore. et opere. hoc quere. i. **D.** Item. xv. **F. S.** Secundum quomodo blasphemii puniuntur in presenti. et quomodo puniti sunt t̄pe moysi ii. **E. F.** Tertium quomodo blasphematores peiores sunt canibus iudeis et omnibus animalibus. ii. **D.**

**D**e eadem dominica.

**U**t quid cogitatis malum in cordibus uestris **Matth. ei. ix.** Hic dicenda sunt duo. Primum est quando cogitationes non sunt peccata. et quando uentilia. et quando mortalia. hoc quere. xix. **B. S.** Secundo quando morosa delectatio est peccatum mortale. x. **L.** Item. xix. **L.**

**D**ominica vigesima

**L**igatis manibus et pedibus mittite

eos in tenebras exteriores. **Matth. xxix** Hic dicenda sunt quattuor. Primum est. q̄ ignis infernal' miro modo grauis est et ibi nulla est redemptio. xii. **H. E.** Exemplum ibidem. **S.** eūdem vtrū damnati uellent omnes hoies damnari. xii. **R. T.** Tertium q̄ damnati in inferno habebunt tria fercula. xviii. **S.** Quartum qd sit potus damnatorum. xviii. **R. E.** Exemplum ibidem.

**D**ominica vigesima prima.

**I**ncipiebat em̄ mori **Iohānis. iiii.** Sciendum q̄ sicut homo corporaliter moritur in corpore. sic spiritualit' in anima. quod contingit per peccatum mortale. Unde hic tria sunt dicenda. Primum est q̄ peccatum mortale quattuor modis committitur. xii. **A. S.** Secundum quid faciendum sit de illo qui dimittit peccatum mortale p̄petrare non p̄ter deum vel salutem p̄riam. sed p̄ter penam vel quodcumq̄ damnū temporale. xix. **H. T.** Tertium q̄ quilibz homo potest uiuere absq̄ mortali peccato mediante dei gratia. hoc probatur tripliciter. xii. **D.**

**D**ominica vigesima secunda

**S**ic pater meus celestis faciet uobis si non dimiseritis unusquisq̄ fratri suo. **Matth. ei. xviii.** Hic dicenda sunt quattuor. Primum est qualiter indulgere tenemur offensoribus nostris. xx. **A.** Secundum vtrum sit de necessitate salutis inimicos diligere. xx. **O.** Tertium vtz tenemur inimicis signa charitatis ostendere. et an teneamur eis iniuriar' nobis illatam indulgere. xx. **D.** Quartum vtrum teneamur pro inimicis orare. xx. post. **O.**

**D**ominica vigesima tertia

**C**onsilium inierit vt caperent iesum in sermone. **Matth. xxii.** Hic dicenda sūt duo. Primum est q̄s grauit' peccat qui malum consilium dat aliis. hoc quere. v. **R.** Item. xi. **B.** Secundum q̄ consilium malum super illum qui illud dedit

## Themata sermonū

**D**e eadem dominica  
**M**agister scim<sup>9</sup> qz verax es. **Matth.**  
**xxij.** Sciendū qz christus veritas ē. ideo  
diligit veritatem. **ps.** Ecce em̄ veritatē  
dilexisti. Sic ecōverso odit mendaciū.  
**U**nde hic dicēda sunt tria. **P**rimū qz  
mendaciū detestandum est ppter qn̄  
qz mala. **vij.** **B.** **S**ecundum qz mēda  
cū occasionē sunt due. **vij.** **C.** **T**ertū  
qz mendaciū est triplex. scz officiosum  
tocosum z perniciosum. **vij.** **D.**

**D**ominica vigesima quarta  
**C**onfide filia. **Matth.** **ix.** **H**ic dicen  
da sunt quinqz. **P**rimū est qz deus q̄  
duplicem confidentiam requirit a quoli  
bet homine. **P**rima est qz tēporalia spe  
rare debem<sup>9</sup> a deo. hoc quere. **xvij.** **R.**  
**S**ecundum est spes de peccatorum re  
missione. **i.** **C**ontra hāc est despera  
tio de dei misericordia. hoc quere. **xvi.**  
**H.** **T**ertium qz vult nos exaudire in  
orōibus nostris. **i.** **Q**uartū est qz si  
ducialiter debemus sperare ab eo futu  
ram gloriā. **i.** **Q**uintū est qz illā fu  
turam gloriā debemus ex toto corde  
desiderare. z hoc ppter quattuor. **xvij.**  
**E.** **E**xemplum ibidem.

**D**ominica vicesima quinta  
**F**ilia mea modo defuncta ē. **Matth.**  
**ix.** **S**ciendū qz qn̄ pater recessit ab ea tūc  
reliq̄t eā in extremis sicut alius euāgeli  
sta dicit. s; qn̄ venit ad xpm̄ tūc estima  
bat eā interi obisse: ergo dicit. dñe filia  
mea zc. **U**n̄ sciendū qz quādo hō est in  
tali infirmitate qz verisimile est qz mori  
tur: tūc sacramentū extreme vnctōis re  
cipere debet **U**nde hic dicēda sunt tria  
**P**rimo q̄bus pferendum sit. z vtz pos  
sit reiterari z quotiēs. hoc quere. **xxvij.**  
**A.** **S**cdm̄ quid sit effectus illius sacra  
mentī. **xxvij.** **B.** **T**ertū qz parētes in sex  
demereri possunt qz puēi moriunt in iu  
uētute. hoc quere. **xxij.** **D.**

**S**ermo de dedicatōe  
**S**i quē defraudavi reddo q̄druplū  
**Luce.** **ix.** **H**ic dicēda sunt tria **P**rimū

est qz septem instigāt hōiem ad restituē  
dum res iniuste acq̄sitas. hoc quere. **vij**  
**pp.** **E**xemplū ibidē. **S**cdm̄ an statim  
teneat ad restitutōem qui iniustas res  
possidet. **vij.** **qq.** **T**ertū qz res iniuste re  
stituende sunt hereditib;. **vij.** **rr.** **E**xemplū  
ibidem. **Q**uarto quō restitutio debz fie  
ri ab illo q̄ impediuit aliquē a cōsecutōe  
muneris vel bñfici;. **vij.** **ss.** **Q**uinto res  
puas furātes qn̄ peccāt mortāl̄ z quā  
do nō. **vij.** **f.** et qz illas puas res restitu  
ere tenemur. hoc patet p̄ tria exempla.  
**vij.** **B.** **I**tem **vij.** **rr.**

**S**ermo p̄munis de sanctis.  
**U**nde hic dicēda sunt qn̄qz. **P**rimū  
est. quare festa sanctorū ab ecclesia insti  
tuta sunt. hoc quere. **ij.** **T.** **S**ecūdū qz  
sancti orant p̄ nobis triplici de causa. **ij.**  
**U.** **T**ertū sanctos honorātes z diffi  
nitue credentes. qz p̄terea certitudina  
liter eis hoc vel illud p̄tingat errant. **ij.**  
**X.** **I**tem. **ij.** **X.** **Q**uarto sanctorū reli  
quie qualiter sunt adorāde. **i.** **X.** **Q**uin  
tum sanctorū reliq̄as emere vel furari sy  
moniacū est. **vij.** **E.**

**S**ermo alius de sanctis  
**H**ic dicēda sunt tria. **P**rimū ē. qz ce  
lebratio festoz octo modis trās greditur  
hoc q̄re. **ij.** **L.** **S**cdm̄ qn̄ festū incipien  
dū est z qn̄ terminādū est. **ij.** **f.** **T**ertū  
quō triplr̄ puniant q̄ nō celebrāt festa z  
qz illis bñ succedit q̄ celebrāt festa. **ij.** **B.**  
**S**ermo cōis de beata vrgine.  
**M**aria qualiter iuuat nos in vita. in  
morte z p̄ mortē. **ij.** **D.** **E**xemplū ibidē

**A**lius sermo de eadem  
**M**aria habet sex p̄uilegia que deno  
tant in salutatōe angelica. **xxi.** **A.**

**A**lius sermo de eadem  
**M**aria adorāda est adoratōe p̄pet  
dultie. **i.** **X.** **M**aria q̄uis esset pulcher  
rima. tamen a nullo potuit p̄cupisci. et  
hoc p̄ter tres rationes. **xxi.** **D.**

**E**xplicat tabula thematū sermo  
num dominicalū totius anni. et de san  
ctis in generali. ac de brā vrgine